



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Distincto trigesimasecunda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

### Magistri Durandi de

ratione: quia operationis honesta est delectatio bona & mala, igitur ex honestate vel malitia operationis, est honestas vel malitia delectationis & conuersio. Cum ergo actus matrimonialis non sit per se peccatum mortale, querere delectationem in ipso non faciet quod sit peccatum mortale.

5 Ideo dicitur aliter & melius qd delectatio qua queritur in actu matrimonii aut excedit fines eius, vt cū quis vult delectari in coniuge attendens solum qd mulier est (id est paratus facere cum ea etiā si non esset coniunx) & tunc est peccatum mortale, quia omnis actus carnalis extra limites matrimonii est mortale peccatum: talis autem est actus in quo queritur delectatio in coniuge, non quia coniunx, sed quia mulier, ergo &c. Et in hoc casu loquitur Hieronymus, & habetur in litera qud voluptates que de meretricum amplexibus capiuntur in coniuge damnanda sunt. Si autem queratur delectatio intra limites matrimonii que non quereretur in alia quam in coniuge sic est peccatum, sed veniale tantum. Quia ratio est, quia abutus rei no est sine peccato saltem veniale, sed querere actum propter delectationem coniunctam actu est abutus, cum delectatio sit propter actu & no actu propter delectationē, ergo est ibi peccatum saltem veniale. De mortali autem non video qd ibi, cum no contrarieat aliqui precepto quod ordinet nos in Deum vel in proximum.

6 Si autem coniuges conueniant propter fornicationē virandam, & sic dicitur communiter qd aliquis potest per actu matrimonii intendere vitationē fornicationis in altero vel in seipso: si in altero sic non peccat, quia hic est quedam redditio debiti que pertinet ad bonum fidei, & tunc est ibi vnius de bonis matrimonii. Si autem intendat vitare fornicationem in seipso, sic est peccatum veniale: quia hoc non prouenit nisi ex superabundantia passionis Superabundantia autē & defectus sunt peccata in moribus. Sed ista sunt dubia. Primum scilicet, qui plus teneatur sibi quilibet quā alii: si igitur actus matrimonii propter vitandam fornicationē in alio carer omni peccato, fortiori ratione (vt videtur) carebit culpa quando sit propter vitandam fornicationē in seipso. Nec obstat quod dicatur qd tunc est redditio debiti que pertinet ad bonum fidei, quia redditio debiti no habet locum nisi quando debitus petitur expreſe vel interpretatiō, sed si vir sciat coniugem tentari de alio quān de viro suo & ad vitandam fornicationē in ea accedat ad ipsam, accedens cui ipsa non peccat, & tamen ipsa debitus non petit nec direcēt nec interpretatur sed solum tentatur de altero, ergo tunc non habet locum redditio debiti: Quod secundū dicitur qd actus matrimonii peccatum est quando ordinatur ad vitandam fornicationē in seipso propter superabundantia passionis non cogit, quia passio non est superabundans, ita vt sit virtuosa nisi subuerteret iudicium rationis: sic autē non est in proposito, quia passio prae ter prædictum rationis non inclinat ad actuū sicut ex ea sine ratione sequatur actus, sed potius ratio importat ipsum circa materiam debitam ad reprimendam passionem, ne passio tantum præualeat vt inclinet ad aliquod illicitum circa materia indebitam. Dato etiā qd passio est virtuosa, quia forte insurrexit præter iudicium rationis, tamen no sequitur qd actus sequens sit virtuosis qui non imperatur a passione sed a ratione volente corrigerem quod omisit.

7 Et ideo videatur alius qd probabilit̄ posset tenere qd actus matrimonii quando sit causa vitandae fornicationis in seipso non sit peccatum: quia actus qui no est de se malus, & ordinatur in finē bonum nullum est peccatum, sed actus matrimonii de se no est malus, ordinatur autē in finē bonum quando sit propter vitandam fornicationē, ergo tunc nullum est peccatum.

8 Si dicatur qd ad bonitatem actus no sufficit bonitas finis nisi concurrat bonitas aliarum circumstātiarum quae debent actu inesse: & haec respectu actus matrimonii sunt intentio prolis vel redditio debiti, que non concurrunt quando actus matrimonii sit propter vitandam solā fornicationē. Item vitio fornicationis non est principalis finis matrimonii sed generatio prolis, & ideo intē eius no videatur sufficiere ad bonitatem actus. Dicendum ad hoc quod ad bonitatem actus matrimonii non semper requiriatur redditio debiti, quia sine hoc licitum est conuenire.

### Sancto Porciāno

intentione prolis: nec semper requiritur intentio prolis, quia vbi proles no speratur, puta in vxore sterili vel que iam concepit actus licitus est si debiti peratur. Igitur hā circūstantia non sunt simul necessariae ad bonitatem actus, nec etiam sub distinctione vt semper sit necessarium alteram inesse, quia quādo aliquis actus ordinatur ad plures quorū vnu est principalior altero, si finis principaliis non est possibilis sufficit ad bonitatem actus quod ordinatur ad finem secundariū, sed actus matrimonii ordinatur ad generationē prolis ut ad finem principalem, & ad vitationē fornicationis ut ad finem secundariū: & ideo si finis principalis non sit possibilis, ut in supradictis casib⁹ vel consimilib⁹, sufficit (vt videtur) quod coactus ordineret ad finem secundariū, scilicet ad vitationē fornicationis, & sicut actus est licitus quando ordinatur ad generationē prolis etiam si debitis no peratur, ita videtur esse licitus quando ordinatur ad secundariū quando principalis finis non est possibilis, etiam si debitis non peratur, si autem finis principalis est possibilis & ad ipsum actus non ordinaretur, videatur quod actu deficiat circumstantia ei principaliter debita, & sic est virtuosis. Quod autem dicit Aug. in litera, quod in continentia malum est, quod vir cognoscit uxorem ultra necessitatem procreandi filios, intelligendum est quando hoc facit non intentione vitandi incontinentiam, sed satisfaciendi voluptati. Sicut ipse Aug. postea dicit: qui ultra necessitatem progrederit no ratione, sed libidini obsequitur. & infra, quod secundum veniam concedit Apostolus, nisi quod coniuges debitus carnis expouunt, no propagationis voluntate, sed libidinis voluptate, & hoc quidem peccatum est, licet veniale.

9 Ad primū argumentum dicendum qd quādo vir accedit ad uxorem suam propter fornicationem vitandam in ea vel in seipso, est ibi bonum fidei, quia non accedit ad aliam quam ad suam uxorem, & sic feruatur fides thori: bonum enim fidei ad plus se extendit quād redditio debiti.

10 Ad secundū dicendum est quod quād vna circumstantia non sufficiat ad bonitatem actus, non oportet qd qualitercumqz viratur se sua, qd vnu semper sit bonus, nisi concurrant omnes circumstantiae que debent inesse, hoc autem non est quando quis vitetur uxore sua solū ad delectationem suam.

Sententia huius distinctionis. X X X I I .  
in generali & speciāli.

Sicendum est etiam, quia cum in omnibus. Superior determinauit Magister de illis in quibus actus matrimonialis excusat: hic determinat de ipso actu secundum quod accipit rationem debiti. Et diuiditur in duas. Primo determinat de necessitate redditio debiti, Secundo de tempore exigendi ibi. Et licet debitus poscentur in tres. Prima ostendit quād vir & uxor sunt æquales in debiti redditione. Secundo probat quod supposuerat, scilicet quod non potest coniunx sine licentia coniugis continētiā vovere. Tertio inquirit an data licentia posset reuocari. Secunda ibi. Quod vero sine consensu. Tertia ibi. Si vero quilibet eorum. Secunda pars principalis in qua determinat de tempore exigendi debiti, diuiditur in tres. Prima ostendit quād aliquando cestandum est à debiti exactione. Secundo inquirit an aliquando cestandum sit à redditione. Tertio ostendit qd cestandum est quādōg a nuptiarum celebratione. Secunda ibi, Illud autem quod dicta est. Tertia ibi. Nec solum in opere carnali.

11 Speciali sic procedit, & proponit primo quād cum vir præsit in omnibus mulieri, sicut caput corpori, in redditione tamen debiti sunt pares, quia alter alterius habet potestatem, nec altero poscente, licet alteri denegare debitem, siue hoc poscat cedula prolis generali, siue incontinentie animalium, quod auctoritatibus confirmat: vbi etiam dicit quād sicut alter alterius habet potestatem, ita quād nec mulier ad alium maritum, nec vir ad aliam mulierem habet potestatem

## Lib. IIII. Distinctio. XXXII.

statem accedendi, ita etiam nec vir ad continentum habet sui corporis potestatem, nec mulier nisi de mutuo consenti: ubi etiā subdit φ reddere conjugale debitum nullius est criminis, exigere vero ultra generandi necessitatem venialis est culpa, sed forniciari vel mochari peccati di est criminis. Postea pluribus auctoritatibus confirmat φ nec coniuges aperte nec fraudulentē carnali debito ad inuicem hinc cōmuni consensu cōtinerē possunt, quod supra supposuerat. Postea querit si vir vxori cōsentiat φ cōtinētiā Deo offert, & a suo iure eam absoluit, utrū posse poffit dam licentiā reuocare ē. Et respondeat φ sic, in hoc scilicet casu si ei concescerat vuoue continentiam, & ante votum prohibetur implere, si autē post reuocari nō potest. Postea dicit φ quilibet debet debitum potest reddere, non tamen licet quilibet dic poscere, sicut in diebus festiūs, & ieiuniorū, & processōnis, quod auctoritatibus pīobat. Postea dicit φ Hieronymus vult φ reddere debitum quandoq; est peccatum, quod est contra suā prædictā. Hieronymus enim dicit quod qui vxori debitu redit non potest orationibus vacare, nec carnes agni comedere, nec sumere Eucharistiam. Dicit etiam quod non semper est reddendum debitum, vt diebus quibus est orationē vacandum, & Eucharistia sumenda: & respondet φ dictum illud referendum est ad Ecclesiū ministros quibus non licet sacra offerte vel missam celebrare tempore coniugis amplexus. Ultimō dicit quod sicut in carnali cōmilitione, sic etiam in celebrandis nuptiis sunt tēpōa obseruanda: quia non quibusq; temporibus sunt nuptiā celebrazōe, sicut auctoritatibus conciliorū declarat.

### Q U A S T I O P R I M A .

Vtrum quilibet coniugum teneatur alteri ad redditionem debiti ex necessitate p̄cepti.

Circa distinctionem istam queritur vtrum quilibet coniugum teneatur alteri ad redditionem debiti ex necessitate p̄cepti. Videtur φ non: quia matrimonium ordinatur ad procreationem prolis, & educationem, & cōmunicationem operum vite, vt habetur in g. Ethicoru se lepra est contra vtrung finem matrimonii, quia frequenter transmittitur à parente in prolem, inficit etiam cohabitantes quium sit morbus contagiosus, ergo videtur φ coniugi leprolo ille qui sanus est non teneatur cohabitare, nec debitum reddere.

Item sicut sunt aliqua loca sacra, quia deputata sunt sacramentis, ita sunt aliqua tempora sacra propter eandē rationem, sed in loco sacro non teneatur vir reddere vxori debitum, nec ecclōe, ergo nec in tempore sacro: non ergo semper sibi tenentur coniuges ad redditionem debiti.

IN Contrarium arguitur sic: sicut seruus est in po- testate domini, sic vñus coniugum in potestate alterius quoad redditionē debiti, quia vir nō habet potestatē corporis sui fed mulier. vt dicitur. i. Cor. 7. sed seruus tenetur ex necessitate p̄cepti domino suo reddere debitum seruitus, ergo & vñus coniugum ex necessitate p̄cepti te- neatur alteri reddere debitum.

4 R E S P O N S I O . Videnta sunt tria. Primum est, an ex p̄cepto tenetur quilibet coniugū alteri reddere debitum. Secundū est, an ab hoc p̄cepto posſit aliquis ex cuius propter periculum personae fuit. Tertiū est, an posſit excusari propter statutū ecclesiæ.

5 Quantum ad primum dicendum est quod quilibet coniugum tenetur alteri ex necessitate p̄cepti ad redditionē debiti. Cuius ratio est: quia sicut est contra iustitiam accipere alienum inuito domino, ita contra iustitiam exceptio habeatur, sed primū est peccatum mortale, ergo & secundū: fed corpus vñus coniugum est res alterius quoad actum matrimonii secundū illud. i. Cor. 7. Vir non habet potestatē corporis sui, sed mulier &c. ergo quicunq; coniugum negat alteri potenti corpus suis quoad actum matrimonii, peccat mortaliter, nisi habeat legitimam caufam negandi. Potest autem peti debitum expresse & directe per expressa verba, vel interpretatiōe per aliqua signa: & quicunq; iſtorum modorum petatur,

### Quæſtio I.

375  
neceſſe est reddere sic potenti nō ſubſit cauſa legitima ne gandi, vt dictum eſt.

6 Quantum ad secundū ſciendum eſt, quod cum ex redditione debiti imminet periculum reddenti, nullus te netur reddere debitu alteri quantumcumq; potenti: quod patet duplīciter. Prime ex ordine naturæ ſic: natura magis inclinat vnumquodq; individuum ad conſeruationē ſui, qd multiplicationem ſpeciei, vnde & nutritiua que pertinet ad conſeruationem individui non ministrat genitariæ que pertinet ad multiplicationem ſpeciei, nō illud quod ſuperfluit nutritioni: ſemen enim eft de ſuper fluo alimenti, ſed coniuges non obligantur ad inuicem nō quoad actum generatiue per quem ſpecies conſeruat, ergo ad hanc non obligatur nō ſuppoſita incoluntate proprii ſubiecti, ſi ergo redditio debiti vergat in periculum persona, vt pote φ probabiliter timeretur de infirmitate, non tenetur vxori vir debitum reddere, ſimiliter nec vxor viro. Secundo patet idem ex ordine charitatis que naturam perficit, quia ſecundū ordinem charitatis quilibet teneret plus ſibi quam alteri, ſi ergo redditio debiti vergat in periculum persona propria, non tenetur quis alteri debitum reddere: & iſtud omnes conceidunt iſtendo in terminis generalibus, ſed descendendo ad caſum particularē, puta quando alter coniugum eft leprolo, vtrum ille qui sanus eft teneatur illi reddere debitum eft diuerſitas.

7 Gaufridus enim dicit in ſumma ſua φ coniugi leproſe manenti ſeparatim tenetur coniux ſanus non ſolum debitum reddere, ſed cohabitare: manenti vero non ſeparatim, ſed communiter cum aliis leproſis nō tenetur cohabitare, ſed debitum reddere.

8 Alij vero dicunt φ coniux ſanus coniugi leproſe teneret debitum reddere, ſed non cohabitare: ſed ſufficit quod maneat prope locum eius, ne alijs ſuo debito fraudetur. Ratio huius eft, quia in redditione debiti que fit ad horam, non eft magnum periculum infectionis, quod tamen eft in cohabitatione aſidua: & haec opinio vide tur rationabilior, veruntamen neutra iſtarum habet veritatem, niſi ſuppoſito φ ex cohabitatione vel redditione debiti nō imminet ſano periculum infectionis, quo ſuppoſito loquuntur iura de iſta materia extra de cōſu. leproforum, cap. 2. Vtrum autem ex redditione debiti imminet periculum infectionis queſrendum eft à medicis, & credendum eis, quia vñusq; in arte ſua ſapiens eft, vt dicitur Eccles. 38. Hoc autē ſcire pertinet ad artem medicein, cuius eft confiderare ſanum & agrum. Dicunt autē medici φ viro accedenti ad mulierem leproſam imminet probabiliter, multo magis periculum infectionis quam mulieri, ſi cognoscatur à viro leprolo. Quod patet, quia maius periculum lepræ imminet viro accedenti ad mulierem leproſam, quam accedenti ad mulierem ſanam cognitam à viro leprolo, fed viro accedenti ad mulierem ſanam cognitam à leprolo imminet periculum lepræ (vt dīcunt) dato φ ipſam mulier non efficaciat leprolo, ergo multo magis imminet viro periculum infectionis ſi cognoscatur mulierem leproſam, quam ipſi mulieri ſi cognoscatur à leprolo. Ex iſtud non videtur effi dubium quando mulier eft notabiliter infecta ultima ſpecie lepræ, ſcilicet leonina, in qua eft tanta infectio qd partes corporis frustatim dicidunt: propter φ non videtur φ mulieri ſi infecta vir tenetur reddere debitum, quia reddendo vix poſſet enadere periculum lepræ. Si vero non eft notabiliter infecta tenetur, & multo magis mulier viro, quum ei minus periculum imminet ex redditione debiti: nec per hoc vir & mulier irrationabiliter ad impars judicantur quoq; redditionem debiti, quia ſemper iudicantur ad paria quando eft par cauſa, hic autem non eft, vt dīcunt eft, quare &c.

9 Quantum ad tertium dicendum quod propter statutū Ecclesiæ impeditur quis ab exactione debiti, non autē ex redditione. Ratio primi eft: quia illud quod rationē deprimit ad carnalia, & reddit hominē ineptum ad ſpirituſa debet omitti illis temporibus quibus eft ſpirituſibus intendendū, ſed auctū matrimonialis quis culpa careat, tamē deprimit rationē ad carnalia, & reddit hominē nem

### Magistri Durandi de

nem ineptis ad spiritualia, ergo ab eo establinendum tem  
poribus sacris, quibus est orationi & ceteris operibus spi  
ritualibus intendendum: & quia exigere est in libertate  
cuiuslibet coniugum, peccat qui his temporibus exigit de  
bitum, non tamen propter peccatum mortaliter, quia Ecclesia  
non intendit fidelibus laqueum ponere, quod tamen fieri si  
exactione debiti talibus temporibus prohibetur sub pra  
cepto. Intendit ergo talem exactionem dissuadere propter  
causam iam dictam, sed non simpliciter prohibere. Vnde  
August. dicit in litera, quod a licitis abstinentia est, ut faci  
lius impetrari possit quod postulatur. Qui ergo exigit  
debitum non in contemptu vel irreuerentia exhortatio  
nis Ecclesia, sed vietus concupiscentia vel infirmitate non  
peccat mortaliter, sed venialiter tantum. Ratio secundi  
est, quia Ecclesia per statutum suum non intendit preludia  
care iuri naturali vel divino, sed de iure naturali & divi  
no est redditio debiti, salvo debito honestate que in talibus  
exigitur, ergo Ecclesia non intendit prohibere redditum  
one debiti aliquo tempore, sed nec dissuadere nisi exacti  
onem tantum que est in cuiuslibet propriâ libertate.

10. Ad Primum argu. dicendum est quod lepra non im  
pediat redditionem propter hoc quod quandoque cedit in ma  
lum prolis, quia illud malum non semper euenerit, & si sem  
per euenerit, melius esset prolis esse quam omnino non  
esse: quando autem probabiliter cederetur quod lepra  
vixoris cederet in infectionem viri, vt quando mulier est  
infelta ultima specie lepræ, tunc non tenetur vir fatus  
vixori leprosa debitum reddere: si autem infectio non esset  
tanta quod non oportet timere de alterius corruptione,  
tunc quilibet coniugum tenetur alteri reddere debitum,  
& in hoc casu loquuntur solum iura de ista materia ex  
tra de coniugio leproorum.

11. Ad secundum argu. dicendum quod non est simile  
de loco & tempore: quia locus facultus euitari potest qua  
tempus, & iterum locus polluitur, ita ut indigat recon  
ciliatione tempus vero non.

### QVÆSTIO SECUNDA.

Vtrum vnxus coniugum sine licentia alterius  
possit continentiam vouere.

Secundò queritur vtrum vnxus coniugum sine licentia  
alterius possit continentiam vouere. Et videtur quod sic:  
quia sicut impeditur redditio debiti per votum religioso  
rum, ita per votum transinstitutum, sed vir sine consentia  
vixoris potest votum transinstitutum emittere, ergo &  
religionem intrare, & ibidem continentiam vouere. Et co  
firmatur: quia votum crucis potest murari in votum religio  
nis, ergo votum crucis emissum per maritum potest sine  
consentia vixoris licite commutari in votum religionis.

2. Item feruire deo magis est debitum, & feruire homi  
ni, sed vir potest impeditur a debito reddendo vixori pro  
pter seruitum hominis (ut pote cu[m] temporalis dominus viru[m]  
ministerii suis occupat) ergo multo fortius licet viro sub  
trahere se a debito reddendo vixori vouchando se seruitio  
Christi quod sit per religionis ingressum.

3. IN CONTRARIUM est quod dicit Apost. 1.  
Cor. 7. Nolite fraudare inuicem nisi forte ex cōmuni con  
fusione ad tempus ut vacatis orationi.

4. RESPONSO. Videnda sunt tria. Primum est, an licet alteri coniugum vouere continentiam sine licen  
tia alterius. Secundum est, an hoc possit de alterius li  
centia. Tertium est, an ille qui vouchat reuocatus ad alium  
remanet in seculo mortuo illo teneatur redire ad pre  
cedens votum.

5. Quantum ad primum sciendum est quod ille sine  
cūtus licentia alter intrat religionem aut est forniciatus spi  
ritualiter, aut carnaliter, aut non: si est forniciatus spiritua  
liter vel carnaliter, tunc sine eius licentia innocens potest  
ingredi religionem, si sententia diuinitati lata sit inter ipsos,  
quia per fornicationem tam spiritualem & carnalem amic  
tet quilibet coniugum potestatem quā habet in corpus al  
terius: & ideo innocens remanet sui iuris ut possit conti  
nentiam sui proprii corporis vouere, ut habetur expresse  
extra de conuersione coniugatorum, cap. vlr. Si vero vter  
est innocens & matrimonium est inter eos consummatum,

### Sancto Porciano

tunc notandum est quod aliquis potest vouere continentiam  
vel simpliciter ut non possit exigere debitum nec reddere  
re teneatur: vel secundum quidam, scilicet ut non possit exige  
re licet teneatur reddere. Primo modo neuter coniugum  
potest sine consensu alterius vouere continentiam. Cu  
ius ratio est, quia votum cum sit voluntatis non est nisi co  
ruum que sunt in potestate nostra, sed corpus viri quatum  
ad redditionem debiti non est in potestate eius sed vixoris  
& conuerso, ergo vnxus eorum non potest vouere continentiam  
simpliciter sine consensu alterius: & haec ratio tan  
gitur extra de conuersione coniugum, cap. quidam intra. Se  
condo modo potest quilibet coniugum sine consensu al  
terius continentiam vouere, scilicet ut non exigit, quia illud quod  
est voluntatis & perfectionis potest cadere sub voto, sed  
non exigit debitum est voluntatis & perfectionis: vnde in litera  
dicit Augustinus pro sanctificatione per  
fecta Deus tibi copurabit, si non quod tibi debetur exi  
gis, ergo quilibet coniugum potest vouere debitum non  
exigere. Puto tamen quod non sit vota visu quoque disci  
tum quia redderetur matrimonium onerosum potissimum  
si vir voueret non exigere cum oportet mulierem semper  
subire confusionem petendi debitum, tam quia posset ex  
hoc minime periculum ei qui vouchat dum virgente con  
cupiscentia existens iuxta mulierem ea non petente de facilis  
poter facere contra votum.

6. Quantum ad secundum scilicet an de licentia vxo  
ris vir posset intrare religionem & vouere continentiam,  
& conuerso mulier de licentia viri. Advertendum est quod  
aliquid est illicitum fieri quod tamen factum teneri sic in  
proposito aliquid est obseruandum dum vnxus coniugum  
intrat religionem de licentia alterius, quod si non ferue  
tur nihilominus tenet ingressus: intrando enim obseruan  
dum est quod ille de cuius licentia alter intrat religionem aut  
est fenex aut non est persona suspecta de incontinentia,  
& tunc potest in seculo manere vouendo continentiam  
aut est iuuenis & suspectus de incontinentia, & tunc non  
sufficit quod maneat in seculo vouendo continentiam, sed de  
bet intrare religionem, ut habetur extra de conuersione  
cap. Cum sit predictus, & cap. Vxoratus. Si ramus stud  
non obserueretur & vnxus de licentia alterius intrat religio  
nem & profiteatur, vere tenet votum & professio. Quod patet ex duobus. Primo quia si votum non teneret hoc  
est quia teneretur debitum aut reddere aut exiger: non  
exigere quia illud nunquam est necessarium, ne reddere quia  
vixor dando licentiam priuauit se iure petendi, ergo iste  
non tenetur reddere petenti, ergo nullo modo est votum  
eius irritum. Secundo, quia sicut vixor potest se priuare  
iure suo voluntarie peccando ita voluntarie merito, sed  
vixor voluntarie fornicans priuat se iure sua ita ut extic  
licet viro suo religionem intrare, ut supra dictum est, er  
go similiter contineare volendo & in hoc merendo potest  
se priuare iure suo dando licentiam viro intrandi religi  
onem & profiteendi, & extincione non debet reddi existenti  
in seculo quantumcum sit persona suspecta, sed potius  
existens in seculo debet compelli mutare vitam ut vivat  
religio vel cu[m] religiosis, ut habetur expresse. 27. q. 2. Aga  
tofa, &c. 33. q. 5. qui vxorem. Iura autem que dicuntur quod  
non sufficit sola licentia nisi ille qui dat eam simpliciter  
convertiscat si sit persona que sine suspicione non potest  
manere in seculo determinata quid debeat fieri, sed non ir  
ritant si secus actum fuerit nec forte possent. Nec obstat  
quod dicitur extra de conuersione coniugum, cap. 1. quia illa  
licentia fuit extorta, & mulier fuit decepta ut iuris igna  
ria. Potest autem hoc ius determinare quod sicut confessus co  
etus non sufficit ad matrimonium, ita licentia vi vel mes  
tu extorta non sufficit ad hoc quod vixor priuat se iure quod  
habet in virum. & sic patet secundum.

7. Quantum ad tertium distinguendum est, quia ab  
ingressu religionis reddit aliquis ad vxorem, vel compul  
sus per viam iuris, vel de facto & non de iure. Per viam  
iuris dupliciter. Vno modo quando intravit sine licentia  
vixoris. Alio modo quando intravit de licentia vixoris, & an  
teq[ue] profliteretur reuocatur licentia, primo redi[et] ad vxorem  
inducendus est ut ea mortua redeat ad monasterium, sed non  
est cogendus. Cuius ratio est, quia professio eius non te  
nuit

Lib. IIII. Distinctio. XXXII.

nuit cū non intrauerit de licentia vxoris. Professio enim voit tollit vtracq; potestate exigendi, scilicet debitum & reddendi: nō reddere autē debitum non fuit in eius potestate, sed vxoris, & ideo professio nō tenuit, propter quod ad eam cogi non debet mortua vxore. Inducendus est ramen, qui prouauerit se iure exigendi: hoc enim erat in sua potestate, & ideo nō potest cum alia contrahere sine peccato, sicut dicit capitulū prius allegatum. Quidam intravit. Si ramen de facto contrahat matrimonium tenet, quia nō potuit solenizare votum continentia, peccat tamen contrahendo, & deinceps debitum exigendo. Qui autem intrat de licentia vxoris, & antequa profiteatur reuocatur ad vxorem, mortua vxore non tenetur redire ad monasterium, nec peccat si contrahat, nisi aliquid aliud obstat, quia quam pro nullum votū adstrictus fuerit religioni, non tenetur ad eam redire, nec manens in seculo tenetur continere, quū nihil circa continentiam voverit: qui autē post factā professionē reddit ad vxorē de facto & non de iure (vt quum quis de licentia vxoris profiteretur) & contempta professionē reddit ad vxorē, sicut videtur dicere illud capitulū ex parte abbatis de quadam qui in infirmitate positus contentiente vxore votum vovit castitatem, & monachalem habitu suscepit, & postmodum liberatus de infirmitate vxorē tenuit) talis mortua vxore cogēdus est ad monasterium redire, & nō solum ea mortua, sed viuente quia quum professionē eius vera fuerit, & tenuerit ut solent, redire nō potuit ad vxorem, nec ea mortua aliam ducere potest, cum votum solenizare impedit matrimonium contrahendum, & dirimat contrārum.

<sup>3</sup> Ad Primum argu, dicendum q; non est simile de voto crucis, & de voto religionis, quia votum religionis impedit redditio[n]em debiti simpliciter, & non solum ad tempus, votum autem crucis non nisi ad tempus, nec etā pro illo tempore impedit si mulier velit sequi virum: & ideo vir non potest sine consensu vxoris emittre votum religionis, licer posset emittre votum crucis, mulier tamen non posset votum crucis emittre sine consensu viri sui, quā vir sit in hoc caput mulieris. Nec valet quod subiungitur, quād votum transmarinum potest mutari in votum religionis: quia hoc est verum in eo qui est sui iuris, nec est ligatus alio vinculo quod obsistat religioni, sicut est in conjugatis.

<sup>9</sup> Ad secundum dicendum est similiter q; seruitū debitum domino temporali nō impedit multipliciter redditio[n]em debiti, sed solum ad tempus, votum autē religionis impedit simpliciter, ideo non est simile, ergo &c.

Sententia huius distinctionis. XXXIII.

in Generali & Speciali.

**Q** Væritur hic de antiquis. Superiori determinauit Magister de bonis matrimonii, hic determinat quomodo hac bona in matrimonio antiquorum patrum fuerunt. Et diuiditur in duas. Primo offendit quomodo fuerunt in matrimonio antiquorum patrum ante legem. Secundo ostendit quomodo erant in matrimonio in tempore legis. Secunda ibi, Legis vero tempore. Prima in tres partes diuiditur. Primo ostendit bigamie patrum exceptionem. Secundo continentia eorum cōmendationē. Tertio mouet & solvit quandam dubitationē. Secunda ibi, Quād vero castitas virginalis. Tertia ibi, Si opponatur. Secunda pars principalis in qua determinat de matrimonio tempore legis, diuiditur in tres. Primo offendit determinationē matrimonii per legem Moysi quantum ad personarum declarationem, & quantum ad separationem. Secundō inquirit an tempore legis licuerit habere plures vxores. Tertio ex conseq[ue]nti determinat de virginitate cōmendanda. Secunda ibi, Sed nunquid licebat sub legis. Tertia ibi, Melior autem est virginitas.

<sup>2</sup> IN Speciali sic procedit, & primo quārit vtrum antiqui patres plures vxores vel concubinas habuerunt simul sine peccato: & responderet p[ro]mittens hic q; secundum diuersitatem temporis varia fuit Dei dispensatio, ante peccatum enim inter duos est coniugium inchoatum secundum quem inchoationis modū si primi parentes in obedientia perfisissent per temporis successione[m] inter duos tantum fuisse matrimonialis contractus: post peccatum vero primis parentibus ad inuicem conuenienter.

Quæstio I.

376

bus & prolem procreantibus filiis eorum & filiis coniuncti sunt, sed vnu s[ic] vni, & fratres sororibus copulati sunt, quia nō erant mulieres aliae, nec viri alii, quibus filii Ade vel filii coniungerentur. Lamech autem primus omnisi legitur duas vxores habuisse, q; in eo reprehendebatur, quia pro expletione voluptatis hoc fecit. Procesu vero temporis cū omnes ferē homines plures deos colerent, pauci in cultu Dei remanentibus diuinā dispensatione cōsultum est vni plures mulieres in matrimonium copulare, ne cultus vcl notitia Dei deficeret illis paucis deficitibus, sicut in Abraham & Iacob: vnde & in lege mulier sterilis maledicta erat, quia nō relinquebat semen suum per terram. Ex his patet solutio ad questionē, q; sine peccato antiqui ui patres plures habuerunt vxores: non enim sicut dicit Aug. hoc erat contra iurum naturale, quia nō concupiscentia perficienda voluptatis, sed prouidentia procreandae prolixi h[ab]e fecerunt, nec erat contra illius temporis matrimonium, nec etiam contra præceptum, quia nulla lege erat prohibitū, nō tamen hoc tempore licet, quod confirmat pluribus autoritatibus. Postea in cōmendationē coniugij patrum dicit, q; virginalis castitas nō preferitur in merito antiquorum patrum coniugali castitati: quod autoritate Aug. declarat. Postea obicit q; antiqui patres plures vxores habentes nō videtur seruasse fidem thori. Et responderet q; fidem thori seruabant, quia cō prius vxoribus vel ancillis, & nō cum mulieribus alienis coniungabantur: & sic patet quād fuerit ante legem matrimonij consuetudo, & q; in matrimonio antiquorum fuerunt prædeterminata bona matrimonij. Postea determinat de matrimonio tempore legis d[icit], q; per legem Moysi fuit matrimonium determinatum & quantum ad legitimarum personarum determinationē: quia non licebat copulari carnaliter matr[em], sorori, nepti, nouerca, amita, matrter, & quibusdam aliis personis: & quantū ad separationem, quia permisit Moysi aliā ducere, dato tamē prius lib. rep. in quo inscriperat caufas per quas vxores repudiabant, vel propter duritiam cordis eorū permisum est, vt maius malum, scilicet homicidium tolleretur. Poista quā rit quibus liebat sub lege habere plures vxores, & quisbus non. Et responderet q; multiplicatio vxorū est generaliter prohibita. Permissum tamen est regi plures habere vxores, sed nō multiplicare, i. plurimas habere: quia talis multiplicatio vxorū propter carnalis actus delectationem memorem enervat & afficit. Addit autem q; adueniente tempore plenitudinis iuxta priorem & honestiorē institutionem vnu tantum vni coniungeretur in figura Christi & ecclesie hoc etiam tempore virginitas secunditatis præfertur, & facerdotibus continentia indicatur, cum tamen in lege virginitati secunditas præferretur, & facerdotibus coniugia indicerentur. Ultimo: quia de virginitate fecerat mentionem, ipsam commendat, & dicit quād virginitas melior est & commendator, quām carnis incontinentia, quod pluribus auctoritatibus confirmat, &c.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum sit licitus vel aliquando fuerit simul habere plures vxores.

**C** Irca distinctionem istam primo queritur, vtrum sit licitus vel aliquando fuerit simul habere plures vxores. Et videtur quod non: quia vir & vxor ad paria iudicantur, sed nunquam fuit licitum quād vnu vxoris simul essent plures viri, ergo nunquam fuit licitum q; vnu viri essent plures vxores.

<sup>2</sup> Item illū sit dare alīcui quād iam datum est alteri, sed vir contrahens cum vna vxore dat ei potestatem sui corporis, ergo non est licitum quād eam postmodum det alteri, quād fieret si viuente prima secundam duceret, quare &c.

<sup>3</sup> IN CONTRARIUM arguitur, quia matrimonium ordinatur principaliter ad procreationē & educationem prolixi, sed habere simul plures vxores non repugnat huic fini, sed potius conuenit, eo quād vnu vir secundare potest plures vxores, ergo pluralitas vxorū videtur licita.

Item